

ZGODOVINSKI ZBORNIK.

PRILOGA

LJUBLJANSKEMU ŠKOFIJSKEMU LISTU.



—••••• Izhaja v nedoločenih obrokih. •••••—

Enajsto leto.

Ljubljana, meseca januarija 1898.

Številka 42.

Libellus poematum sive carminum variorum generum

Thomae Chrönn

Labacensis Carniolani LL. Candidati.

(Konec.)

55.

*In natalem reverendi et eximii viri Dni Jacobi Haymanni,
Parochi ad S. Martinum prope Crainburgum, Canonici
et Ecclesiastae Labacensis, Dni ac parentis observan-
tissimi etc.*

(Nadaljevanje.)

Iudicioque olim bis senis sedibus una
Coeli sublimes in statione fore
Vindice et Isaacidum nutantis lege phalangis
Noxia suppliciiis subdere colla Stygis,
Tunc ubi quassa ruent quae Sol revolubilis ambit,
Et placido cursu machina lata rotat.
Dive quibus coelo te o Apostole laudibus aequem
Nescia sis fama maior an imperio?
Principe te regnis se faeta Hispania iactat
Sceptraque sub pedibus imperiosa locat.
Fama per immensum radians tua circuit orbem
Nomen et ignorant climata nulla tuum.
Te colit Eois Indus regionibus ortus
Quaeque notat Solis terra orientis equos.
Te colit Oceani late circumfluis orbis
Sinarumque frequens insula longa mari.
Teque Latonigenae memorat procul ora cadentis
Aethiopumque nigrans Antipodumque chorus.
Dehinc tibi magna domus, sacrae penetralia sedis
Magnus et Hispano littore surgit honos.
Illic thure calent tibi centumque ignibus arae,
Et pia gens patrio carmina more sonans
Admirata tuas ad lucida sidera laudes

lactat. Stat gestis festa columna tuis.
Haec audis tacitusque lates, nec cerneris ulli,
Incluta sed miti gaudia mente foves,
Huc olim quicumque tuam miser expetit altam
Indubitatus opem, pondere laetus abit.
Donaque servati solvunt tibi debita nautae, et
Victa quibus morbi vis truculenta fuit.
Salve dive pater coeli spectabile lumen
Et pars aeterni sceptriger imperii.
Qui proceres alios inter de iure triumphas
Pro Christo ante diem qui cecidere suam.
Quive tenent patrium meriti post funera regnum
Hi quibus irradiat mira corona caput.
Quam tua quadrifidum Virtus celebrata per orbem
Emitat, et factis vita serena piis?
Fusaque vivifici per te sacra semina verbi
Amplior est numero, quam peperere. seges.
Mors quoque praelustris cunctorum fertur in ore
Quos stupor attonitos pulsat alitque tui.
Dives ad inceptum gens est mihi testis Ibera,
Exeraque ad tumulum turba aditura tuum.
Quique colit populus vicina Boristhenis arva
Istula quae et liquidis findit opacus aquis.
Ergo cum maneant nulla haec ruitura senecta,
Sitque tibi quem non invidet alter honos:
Sive polo chlamydem Tyrio¹⁾ spectabilis ostro
Angelicum laeta concipis aure melos.
Sive pictis nemorum paradisi in vallibus errans

¹⁾ Inačica nad vrstico „rutilo“ mesto „Tyrio“.

Carpis odoratas vere tepente rosas.
 Sive triumphantem sequeris cum plausibus agnum
 Accessu frueris seu propiore Deum
 Aspice, et ipse duci nostros propone labores
 Cuius militiam turba sequuta sumus.
 Ut simul aeternas post debita funera sedes
 Inque tuam vivis fac habeamus opem.
 Dixit: et aeviferum nec plura hortata decorem
 Quam propere Haumanno carmine grater, abit.
 Ipsam seu rutilus aether susceperit auris,
 Vel iuga Virginei nota Heliconis habent:
 Vade, ait. abscedens; genitalia carmina pange
 Cumque tuo sospes vive parente, Vale.

Anne ego foelicem decies te Haumanne fatebor
 Quem sic Pegasei numina fontis amant?
 Et cui lucivomos curru devectus eburno
 Ad sua Sol pronus gaudia flectit equos?
 Scilicet invicto quas es sectatus amore
 Aönis a puero colle bifronte Deas,
 Quemque novem medio ferentem plectra sororum
 In coetu ardebas nec sine fruge patrem,
 Hisce tuis optant seros natalibus annos
 Ingenuis faciles moribus atque favent.
 Vix etenim prima teneras lanugine malas
 Vestitum multa sedulitate gravem.
 Summa per ambiguas duxit constantia Syrtis
 Per Scyllam. et quotquot monstra Charybdis habet.
 Inde Sacerdotum Virtus numero addidit alto
 Fecit et aethereo ponere thura Deo.
 Jam quoque lanigeris Pastorem ab ovilibus acrem
 Iusserunt rigido pellere Marte lupos,
 Cana fides, pietasque decens, prudentia simplex
 Missaque fatidico verba diserta sono.
 Atque utinam tristi grassantes caede latrones
 Hos reprimas animae, qui fera bella movent.
 Vive tuis longum sic cultus honoribus aevum
 Et numera festi gaudia mille tui.
 Sicque tui genitor cupidum complectere natum
 Quo sit ei te sors fausta parente, Vale!

56.

*Genethlia reverendissimo in Christo Patri et Dmno,
 Dmno Laurentio D. G. Abbati Sithicensi, sereniss. archi-
 ducis Caroli etc. consiliario et Carniae provincialium
 ordinario etc. Dmno et patrono meo colendo in natalem
 conscripta.*

Distichon literarum initialium.

Laurenti solis cursum Virtutibus aequans
 Fausta quater foelix tempora sospes agas.

~~~~~

Laurea lux rediit toto nitidissima mundo  
 Festa vel Ortygiis Hesperiiisve plagis.  
 Atria cuncta fluant lauris, hinc Myrthus odora  
 Addet laurigeris frondea dona sacris,  
 Victrix laurus adest, adsunt victricia signa,  
 Victori applaudit coelica turba suo.  
 Reddit et emeritum post praelia victa triumphum,  
 Sub quo fulmineus principe miles erat.  
 Et tenuit victor palmam Laurentius altam

Tollere quam caeci turbinis aura nequit.  
 Nec furor indomiti, qui torrida membra, tyranni  
 Accipiet, tumidos det licet ille rogos.  
 Trux ferro tortor, crudelior ore tyrannus  
 Quam vitam censent eripuisse, novant.  
 I nunc lictor, ait, subiectis corpora prunis  
 Urito, ni credat numina nostra, Deos.  
 Sed mens fixa manet Iuveni, calet alter in imis  
 Artubus, et mentem fortior ignis alit.  
 Omnia si veniant diris subeunda periclis  
 Tormina, nullis est mens superanda minis.  
 Laurigeri placida procedite sorte triumphi  
 Et multo plausu pompa decora fremat.  
 Inclyta nam roseo Victoria parta cruore  
 Reddidit illustrem laude virente Ducem.  
 Sumet ab hoc melos sibi nulla trophaea duello,  
 Fortis qui fuerat dux quoque miles erat.  
 Cinxit si validis non forte cohortibus urbes,  
 Obtulit aut nulli Marte furente necem:  
 Vivida per stabilem tamen illi gloria laudem  
 Et vivet seros fama venusta dies.  
 Romulei vanas lusit quia Caesaris artes,  
 Lernaeam cratem, lethiferosque focos.  
 Sideraque intendens quod coelica regna volutans  
 Igne coruscantes spreverit ille faces.  
 Veraque quod subiit rapidas patientia flammis  
 Xistus quas Mystes prodidit ante senex,  
 Magnae laudis erunt, Adsis o fronde triumphae  
 Tempora victrices cinge virente caput.  
 Victor agit superis laetos in sedibus annos,  
 Elysiisque lavat membra cremata vadis.  
 Illic palmiferos inter fulgentior heros  
 Mole liber Proceres gaudia vera capit.  
 Regnat, et Empyreo spectans mortalia castro,  
 Pro miseris validas funditat ore preces.  
 Tu quoque magnanima radians virtute superbus  
 Omne quam recto nomina tanta refers?  
 Ut fueras natus, lauro Laurentius alma  
 (Respondent rebus nomina saepe suis)  
 Tectus es, ut dubiae quondam data carbasa sorti  
 Ad patriae Victor littora tuta loces.  
 In quo difficili currentem tramite recti  
 Sistere non quivit lubrica Nympha rotis.  
 Bellus amor recti, laudisque animosa cupido  
 Ocyus ad tantum commouere decus.  
 Ut nivea Virtute sacrum, pietate serenum,  
 Sobrietate gravem, religione pium,  
 Summus inexhausta mundum bonitate gubernans  
 Praecipua decoris sisteret arce Deus.  
 Aequavitque decus meritis, Hinc fronte thiara  
 Emicat et manibus Pontificale pedum.  
 Quo se praelustri ductore Monastica pubes  
 Sittica quam nutrit, iactat, alumna domus.  
 Utque nihil laudem penitus tibi deesset amanti  
 Aucta est consiliis Carnia terra tuis.  
 Atque utinam multos te stante sit auctior annos  
 Gratia nam est meritis magna futura tuis.  
 Numina cum rumpent tua nentia stamina Parcae,  
 Ac divus coeli lucida tecta petes.  
 Sic tibi saepe fluant genitalis gaudia lucis,  
 Signa quot aetherei regia Solis habet.

57.

*Distichon numerale annum, mensem atque diem festi  
continens.*

Laetior AVgVsto Dena soL LVCE refVLsIt  
LaVrIger eCCe pVgIL CoeLlCa teCta CapIt.

58.

*Ode sapphica in nuptias nobilis, clarissimi aqtue excel-  
lentissimi viri, Dmni Jacobi Strauss, illustris Phi ac  
medici, Styriaeque inferioris Procerum physici ordinarii  
sponsi opt. feliciss. — Et honestiss. virginis Gertrudis,  
ornatiss. ac spectabilis viri Petri Sporrer in celebri Car-  
niae oppido Ratschach civis fortunae ac animi bonis in-  
tegrī filiae sponsae: amoris ac observantiae ergo scripta.*

Linque funestos Elegeia planctus  
Surda nequicquam lachrimis moventur  
Fata, nec moestis patulas morantur  
Questibus aures.

Iam satis diri lachrimas doloris  
Fudimus, taedae socia iugalis  
Invida vitae, tenebrisque aperta  
Morte perempta.

Alteram mens est sociare casta  
Lege laudati thalami maritum  
Qua meos claudam socia fugaces  
Lactior annos.

Anne formosam facie puellam  
Eligam? non haec satis apta forsan  
Accidet votis toties vocata  
Nympha cupitis.

Grata quin vultus species nitentis  
Plena res est solliciti timoris  
Subditur multis nimiumque amaris  
Forma periclis.

Ergo deformem facieque tristem?  
Monstra sed vitant oculi indecora.  
Cernitur nulli cupidis prehensa  
Poena lacertis.

Anne complexus viduam virilis  
Coelibem? possit Dominam tonantem  
Ferre num quisquam, data vel subire  
Iussa libenter?

Forsan aetatis luvenem virentis?  
Labitur multum juvenilis aetas,  
Et suos captat Cypridis favente  
Numine lusus.

Forsan extremae vetulam senectae?  
Ach quis annosam patienter unquam  
Fert anum, cui frigida findit ora  
Ruga senilis?

Anne foecundam sobolis parentem  
Nostra qua seri referant nepotes  
Nomina? at nobis numerosa fundet  
Taedia proles.

Anne foecundi sterilem vigoris?  
Nulla sed laudem sterilis superbam  
Accipit, foeto nisi curvet arbos  
Pondere ramos.

Forte verbosam sine lege ducam?  
Gratia at nullam sequitur loquacem,  
Mentis haud sanae mulier procaci  
Proditur ore.

Ante vel ponam tacitam disertae?  
Illa sed nunquam recreat loquendo,  
Maeror et fractae taciturnitatem  
Coniugis auget.

Ignibus ditem licitis amabo?  
Turget et fastu furiosa dives,  
Patriae obrudens pretiosa saepe  
Praedia dotis.

Expetam demum thalamis egenam?  
Non inops sortem relevat minantem,  
Sed feret palmas opis impotentes  
Aeris egeno.

Ergo quocunque hic mens incitatur  
Ad piam vitae comitem legendum,  
Damna quot lecti video pudici,  
Nubilis ardor.

Nate, ni, summi metuende Patris,  
Hortulos intra Paradisi amoenos  
Alma concessi, tua vis, tulisset  
Iura cubilis:

Liberis quisnam iuga lenta collis,  
Atque taedarum grave onus subiret?  
Alta libertas pretio, nec ullo  
Venditur auro.

Sit cui flammam imitans Pyropus,  
Sint Mydae gazae, Scythici lapilli,  
Colligit vel quas Oriente dives  
India gemmas:

Libera adstricto ni animo voluntas,  
Iuris et laxi spatiosa mens sit,  
Tunditur saevis, opulenta quamvis  
Vita procellis.

Nostra sub ductu Deus alta carpit  
Haec tuo, ventis tumidis carina,  
Littus o te sic teneat sonorum  
Remige salva.

Tu mihi vitae sociam cadentis  
Casibus fidam dubiisque nuptam  
Confer, ambobus pariter decentem  
Custus amorem.

Ite flores Cynnameos venusti  
More sponsorum redimite crines,  
Nam Deo taedis tribuente felix  
Panditur aura.

Firmat hunc summus bonitate Christus,  
Auet ac donis thalamum supernis,  
Nectar hinc illi, Ambrosiaeque stillant  
Dulcis odores.

59.

*Epigramma dedicatorium ad latera coronae sponsis  
oblatae:*

Sponse tuas sertis tenerum spirantibus aevum  
Incinget meritas candida sponsa comas.  
Haec tibi sed Cynthi decerpta recessibus alti  
Munera seu nati, sive clientis habe.

60.

*Distichon numerale.*

L<sup>V</sup>X oCtaVa poLo sVrglt septeMbrls Eöo,  
Et reparas LICltos VInCte IaCobe thoros.

61.

*Ode sapphica reverendo admodum atque amplissimo in Christo  
Patri et Dmno Petro Muchitshio ss. Theologiae Doctori,  
illustriss. ac reverendiss. principis Georgii archiepiscopi  
Salisburgen. S. S. Apostolicae legati a latere etc. consi-  
liario et per utramque Styriam archidiacono etc. cum  
maximo bonorum omnium applausu praepositus Pöllensis  
renuntiatur. p.*

Vile ceu Virtus animosa habetur.  
Quae per offusas latitans tenebras,  
Captat indignam solioque pulsam  
Exule vitam:

Ipsa sic fumo radians nigrante,  
Dum suas promit speciosa gazas,  
Alta sublimis petit, et supremo  
Sistitur axe.

Hinc licet saevi minitentur Euri,  
Caeca tempestas vomit aut procellas,  
Ridet insano generosa motos.  
Aequore fluctus.

Per salum tendit, rapidamque Scyllam  
Integris velis, timet haud Charybdin  
Improbam, nulla hanc fugit inscientem  
Subdola Syrtis.

Naufragos salva scopulos pererrat  
Puppe, remos Leucothöe haud fatigat,  
Quaeque Thyrraenas Achelois undas  
Carmine mulcet.

Insito vincit fera monstra nixu,  
Perviumque illi patet aequor omne,  
Tensa quo tandem teneant secundos  
Carbasa portus.

Scilicet nullis ruitura seclis  
Vis potens rerum sociae spondit  
Celsa, quae aeternas pariant, honorae  
Astra columnas.

Unde Virtutem statuit vetustas  
Nesciam dirae Lachesis, sepulchro  
Cuncta quae claudit, celerique demens  
Funere mergit.

Quidquid hic mundus Jove sub potenti  
Continet, sedes gemina aut polorum  
Lampadis, diro vitiata dente  
Cernimus aevi.

Longa (mirum) nubigeras momordet  
Et solo trux Pyramides revulsit,  
Quas ferax Nilus stupuit tepenti  
Amne senecta.

An latent casus taciti Colossüm?  
Grande Mausoli pariumque marmor?  
His dies, imber, glacialis aura  
Fata tulerunt.

Sola Virtutis radiant trophaea,  
Inque cunctorum pretiosa vultu,  
Gloriae seris monumenta lustris  
Vivida figunt:

Macte cognata gravitate Virtus  
Digna quae totum modereris orbem  
Alta conscende, et meritum tribunal  
Dextra prehendet.

Stet suo fulgens capiti corona,  
Et manus lentas agitent habenas,  
Munus ut surgat rutilum perenni  
Laude ministra.

Obvias tendens populosa pennas  
Gloria, inceptis comes ibit altis,  
Livor imbellis fugiet remotas  
Prorsus ad oras.

Flammiger laetos videns ut iugales  
Phoebus in plausus tibi dedicatos  
Evocet? splendens ut amica flectat  
Cornua Phoebe?

Quid morae nectis latebras? nec ipsum  
Iam tuis dudum meritis paratum  
Fers decus? grandis vocat ecce divo  
Numine fama.

Num tui in cassum recident labores  
Inclyti, queis Pierias bifronte  
Colle Nymphas ingenio petisti  
Iugiter alto.

Non feret iusta trutinans balance  
Cuncta sub vasti regione coeli  
Diva, sed notum diadema miti  
Fronte locabit.

Huc citus partum valida triumphum  
Dextera, optatumque adeas decorem,  
En tibi plausu strepitant madentes  
Victor arenae.

Fer pedes sellam propius curulem,  
 Insidens claris operosa bigis  
 Annuit Virtus celebri datura  
 Praemia laude.

En dedit culmen bifidum tiaræ  
 Aureae, sacris tegumen capillis  
 Quaeque gemmans ex humeris coruscet  
 Taenia dignis.

Et dedit fulvo chlamydem metallo  
 Dives, ostro Sidonioque pictam,  
 Quaeque votivo digitis honore  
 Splendeat ara.

Ne gregem tristes lacerent bidentum  
 Forte rictus immodici luporum  
 En pedum vibrant vigiles lacerti  
 Pontificale.

Pelle funestas procul hinc catervas  
 Haeresis dirae malesuada monstra  
 Fervido pacis quot amoena turbant  
 Foedera motu.

Vana ne nostris documenta templis  
 Pullulent, aut religio vacillet  
 Prisca, libris eruta sensa castis  
 Abdita pande.

Quam bene o nomen nitido venustum  
 Muneri quadrat? Fluidae carinae  
 Petre commoto petra sis profundi  
 Marmore ponti.

Irruant saevae ratibus procellae  
 Una spumantes pietas retundet,  
 Una tot fluctus, tua, totque pestes  
 Dextera franget.

I polum victor subeas micantem,  
 Ac decus tantum rapido sub axe  
 Colloca, ut suaves recreent benigni  
 Veris honoris.

Gloria extenti tibi spondet aevi  
 Nomen, et plenis referet theatris  
 Praesulem cana probitate Petrum  
 Fama superstes.

Typis Georgii Widmanstadii excusum Graetii  
 anno 1586.

62.

*Elucidatio armorum reverendo, pietate ac eruditione praeclaro viro, d. Joanni Wutäliq̄, sereniss. archiducis Caroli etc. sacellano et in celebri Carniae oppido Moreutsh parrocho pro tempore digniss. a serenitate sua in testimonium vitae cum virtute ac innocentia laudabiliter actae condonatorum.*

Qui Styriae Carnaeque regis moderamine iusto,  
 Quive Carinthiacae iugera latu plagae,  
 Carole Caesarei ter maxime sanguinis heros,  
 Caesaris et frater, moxque future parens:  
 Scilicet excelso cura est tibi maxima cordi

Omnibus ut parili iura bilance libres.  
 Te duce supremum subitura cacumen honoris  
 Virtus emeritis irradietque bonis.  
 Dehinc positis fama teneat comitante trophaeis  
 Vivida, cui titulos muta sepulchra sonent:  
 Foelices Savi ripae, Dravique tumentis  
 Et quas lenifluo rore Labace rigas:  
 Talis ubi princeps vestris dominabitur arvis  
 Usque pius. Non vos Martius error aget,  
 Ulla vel anguifero capite infestabit Erynnis,  
 Omnia sed placido sidere dextra fluent.  
 Pax illic, et amoena quies, Themidisque cupido  
 Surget, et aeterna prosperitate fides.  
 Testis ades modo Jane meis cum foenore dictis  
 Quam sit amans recti iustitiaeque tenax.  
 Virtutem qui saepe tuam, moresque verendos  
 Cernens, et Mystae cetera dona pii,  
 Dum sacris adstans fanis, arisque minister  
 Castus amas casto ponere thura Deo:  
 Excoluit titulis, cultumque decentibus armis,  
 Hanc cura jussit nobiliore sequi.  
 Summaque coelorum claris conscendere gestis  
 Astra vel audaces ferre per alta gradus.  
 Hinc tibi scuta viri pictis viridantia campis  
 Hinc galeae claret fulva corona decus.  
 Arma sibi quid muta velint, adverte, docebo:  
 Illa etenim vario multa colore notant.  
 Immani arridet clypeus qui concolor hydro  
 Pulcher ab aspectu noxius ille tamen:  
 Clarius humanae vitae momenta figurat,  
 Melleque sub dulci tecta venena docet,  
 Cum nimis, ach, laeti vitales ducimus auras,  
 Et nil sollicitos florida fata iuvant:  
 Hostibus incauti petimur flammantis Averni,  
 Inque Acherontaeas praecipitatur aquas.  
 Tempora qui ferro, qui pectora tota rigescit  
 Pervigil, et laeva signa decora tenet:  
 In casus vigilare monet, subitisque minarum  
 Occursare malis, pestiferaeque lui,  
 Quam Styx, quam Lethe, quam Cerberus ore trifauci  
 Eructant, nostrae dedita monstra neci.  
 Alta crucis quia signa gerunt, victricia signa  
 Militis, ac auro litera bina nitet:  
 Sanguineas acies crucis alto robore vinci  
 Atque Stygen monstrant, tartareasque minas.  
 Illud quod fulvo radiat diadema metallo  
 Scuto sub medio: spem facit usque viro,  
 Bellum si studio durum certaverit acri  
 In vivis, illi praemia certa fore.  
 Gemmiferaque comas, Christo tribuente, corona  
 Fulsurum rutilis saecula sera polis.  
 Utque sciat dubio non se concurrere Marte,  
 Certa que conflictus dona futura sui:  
 Altera sublimis galeae stat fronte corona,  
 Miles et ipsius surgit honorus ope.  
 Scilicet in coelis ubi firmæ munia pacis,  
 Floret et ingenua nobilitate fides.  
 Tu nobis ductor coelestis Christe phalangis,  
 Armis Iustitiae da requiete frui.  
 Siderea que olim sanctis cum civibus aulae  
 Misceri, et pleno gaudia ferre sinu.

## 63.

*Symbolum eiusdem d. Joannis Wutalitz, annum adeptae nobilitatis enuntians.*

QVI CrVCIs aere sVbIs trIstIs CertaMIna pVgnae  
I, VInCes stYglas e PhLegetonte faCes.

Typis eiusdem Georgii Widmanstadii excusum Graetii  
anno 1586.

## 64.

*Hymnus de s. Laurentio, protomartyre, Reverendo admodum ac religiosissimo in Christo P. ac D. Laurentio Sithicensi Caenobiarchae, sereniss. Caroli archiducis Austriae etc. consiliario, Carniaeque procerum ordinario, Mecaenati meo gratioso in natalem, Horatiano carmine compositus.*

Axis serenum siderei iubar  
A Sole Christo qui radios capis,  
Necisque lucro picta fulges  
Tempora ter rutilans corona.

Huc Dive sacris aedibus adveni,  
Sacra aede Laurenti siquidem tua  
Laeti tuis luce hac triumphis  
Annua concinimus trophaea.

Seu te Tagus nunc detinet aurifer,  
Seu nota Ibero littore patria,  
Seu quae tuos vidit Quiritum  
Terra graves miserans labores.

Huc tende gressus agmine, poscimus,  
Septus micanti coelicolum chori,  
Nostram nec aversatus oram  
Aspice, Dive, tibi addicatam.

In te, Deum post, quae locat optimum  
Spem, postulatae certa opis inclytam,  
Regi, tuo et votas, supremo  
Nomine, rite sacra vitas aras.

Tu nam rogatu tristia sontibus  
Coelo parantis fulmina nubilo  
Irae et potes laxare habenas  
Magni hominum superumque Regis.

Pro quo calentem non trepidus necem  
Vitae subisti prodigus aureae  
Minas feri dum ludis alto  
Pectore multivias Tyranni.

Auri poposcit pondera divitis  
Flammas minatus Decius horridas  
Sed tu sacras gazas egenis  
Munificus Pater erogasti.

Saevis triumphas in cruciatibus,  
Nec dira mentem craticula impulit  
Intus flagrantem recti amore  
Scilicet a meliore flamma.

Videre laetus prata per herbida  
Aestu subacto carpere lilia:  
Rivo propinquus, vel soporem  
Ducere, lenesonantis undae.

Succende Deci perfide robora  
Prunasque vivis artubusingere  
Vincit faces athleta fortis  
Aethereis facibus choruscans.

En cratis halat roscida munera,  
Hyblaeque odores promit amoenuos,  
Hinc ignibus spirant avaris  
Flabra leves Zephiri beata.

Tu Dive martyr nunc positus polo  
Humana spectans lucifluo mala  
Nobis opem pressis fer, almo  
Numine nil tibi denegante.

Sit huius ingens cura tibi loci,  
Pacata mitis protege iugera:  
Sint et procul pestis famesque,  
Aspera sint quoque bella longe.

Quo foeda Cypris nil valeat suis  
Bacchata mundo sat facibus diu,  
Tuas Deum nostris calenteis  
Pectoribus superadde flammas.

Deo sonoras coelicolum Duci  
Grates canamus maximo et optimo,  
Qui ter potens ac ter supremus  
Sidereos moderatur axes.

## 65.

*Epigramma hymni dedicatorium.*

Quae tibi, Laurenti, nostrae cecinere Camoenae  
Carmina, natali non inhonora tuo,  
Accipe: Sunt numeri insontes, quos vana refugit  
Fabula divinis insidiosa metris,  
Dumque favet nitido lampas Phaëtonia vultu,  
Quae tibi devotis pronior ibit equis:  
Laetus agas laetum lucis genitalis honorem,  
Sic fugient annos aspera fata tuos.

## 66.

*Ad arma eiusdem Rmi. D. Laurentii abbatis Sithicensis depicta in libello Iulii Caesaris. Barbetae Patavini, sonandae testudinis felicissimi ac pentissimi.*

Colla pedesque rubens pennis viridantibus ales  
Humanos docili fingit ab ore sonos.  
Aureus et surgit coelesti nectare botrus,  
Mitraque Pontificum cingit utrumque decor.  
Claret avis, floret botrus, infula fulget.  
Sunt tamen haec Domino cuncta minora suo.

67.

*Ad imaginem concinentis Angelorum chori, armis obiectam.*

Iubilat aeternis fervens concentibus aether  
Castaque dat socia carmina voce Deo.  
Sic ubi nos modulis iuvat indulgere canoris  
Casta sonet castum Musica nostra Deum.

68.

*Tetrastichon in templo B. Virginis in Mulaw prope Sittich, altari D. Marco ab eodem Rmo Abbate dedicato inscriptum.*

Qui Leo, pugnacem Iessaea a stirpe leonem  
Rugisti Christum sanguine. voce, stylo:  
Accipe quas meritis Abbas Laurentius altis  
Aras Dive tuo nomine Marce locat.

69.

*Turca plebem dictae ecclesiae in festo D. Marci sacris audiendis collectam inopinato adortus in servitum abduxit anno 1475.*

Mille quadringentos Christi a natalibus annos  
Cum quinque pariter collige lustra decem,  
Tunc ubi fatiloqui coluit solennia Marci  
Rebus in hoc sacris dedita turba loco.  
Caedibus infami, flammisque minacibus hosti  
Heu nimium Turcae praeda cruenta fuit.

70.

*Maxima locustarum vis in hac provincia toto octiduo sata depopulatur — 1477.*

Et quater hinc senis vixdum bene mensibus actis  
Intulit exitium multa locusta satis.  
Non prius audita est unquam nec postmodo visa est,  
Tanta locustarum, tamque maligna lues.  
Coepit in octava Laurentii Martyris haec vis  
Telluri totos pestifera octo dies.

71.

*Terribilis terrae motus per universum orbem, quem magna fames subsequitur anno 1511.*

Ter centum tu lustra legens coniunge duobus  
Ac annum toti subiice dehinc numero:  
Magnus, in hoc disces, terrae pervaserat orbem  
Motus, quem subito est magna sequuta fames.

Haec carmina inscripta sunt fornici altare D. Marco sacrum integenti in praefato D. Virginis templo in Mulaw.

72.

*Epigramma Annae s. et b. Virg. dicatum.*

**A**plaudit dum laeta tuis natalibus aur——**A**  
**A**c nova laetitia panditur axe vi———**A**,  
**N**ubivagae placidum Dryades cecinere sub ome—**N**  
**N**ymphae, quas bifido culmine fert Helico**N**:  
**N**on tua vela suis nymbosus quasset Orio—**N**  
**N**octibus: acta quidem sunt bene salva tamen.  
**A**rte notos. Virtute salum pelagique profund—**A**.  
**A**tque fide vinces turbida quaeque bona**A**.

73.

*Epigramma nuptiale numeris musicis absolutum, ab Hannibale N. sereniss. archiducis Caroli organista, in honorem nuptiarum Laurentii Plauz eiusdem principis tubicinis et musici.*

Dum reparat thalamos sponsus Laurentius almos  
Iuraque laudati suscipit Anna thori.  
Quae calamos variis Euterpe flatibus urget  
Vota dedit sociis haec Hymenaea sonis.  
Qui nunc legitimo sponsi candescitis igni  
Et geritis flammae vulnera casta novae.  
Vivite longaevi fugitivaque gaudia veris  
Carpite, quo cupidos prole iuветis avos.  
AVrea paX LaetoqVe fLVens ConCorDia CorDe,  
SlT plA slT VestrIs Laeta Corona thors.

## Zgodovina kamnogoriške fare.

Spisal Anton Verbaj, župnik.

### Vvod.

Fara kamnogoriška ni stara — obstoji namreč 146 let — in vendar hrani njena zgodovina marsikaj zanimivega. Pri sestavi te kratke zgodovine mi je ponajveč služil domači farni arhiv, nekoliko pa tudi knjige in listi: „Valvasor“, „Praprotnikov životopis dr. Lovro Tomana“, „Dimitz“, „Zgodnja Danica“, „Dom in Svet“, „Illyrisches Blatt“ in Müllerjev „Argo“. Pri tem sta mi pomagala bogoslovec Luka Arh, ki je

kot kamnogoriški rojak prav mično opisal „žeb-ljarsko obrt“ in „prirodoznanski del“, ter učitelj Fran Lavtižar s podatki iz šolske kronike. Na tem mestu se njima toplo zahvaljujem.

Kamnogorica je bila do leta 1751 podružnica radoliške matere — fare in še le tega leta je postala samostalna (kuracija) fara. Tukaj sledijo le imenitnejše stvari, ki se tičejo kamnogoriške fare, zlasti od ustanovljenja njenega do današnjega dne.

## I.

## Prirodnoznanški opis fare.

## Lega.

Skoro v sredi mej Radolico in Podnartom, kakih pet četrt ure hodá od obeh, stoji na desnem bregu Save prijazna vas Kamnagorica. Ker so hiše zidane mej Vrečami in Drnovcem — predrastkom Jelovce —, je vas precej dolga. Skozi njo pelje okrajna cesta iz Radolice, ki se cepi pri kroparskem mostu proti Kropi in Podnartu.

## Obseg fare.

Obsega fara nima velikega. K nji spadajo namreč, poleg domače vasi, še Zgornja in Spodnja Lipnica ter Mošnja. Lipnici sta ob cesti v Radolico, in sicer je Spodnja v dolini na levi strani, Zgornja pa po griču na desni strani ceste. Mošnja, samo štiri številke, je pod Zgornjo Lipnico blizu Save nasproti železničnega predora pred Radolico. Od Kamnagorice so oddaljene te vasi kake pol ure. Prvih šest hiš na Spodnji Lipnici spada k radoliški fari, isto tako šte. 23 in 24 na Zgornji Lipnici.

Kot sosede ima Kamnagorica sledeče fare: Radolico, Mošnje, Dobrávo in Kropo.

## Voda.

Z vodo je Kamnagorica dobro preskrbljena. Skozi njo teče potok, ki izvira ob vznožju Jelovce pod znano „Častitljivo luknjo“. Pri Rožmanu, dobrih petdeset korakov od izvira, goni že mlin in žago; teče po travnikih, skozi Spodnjo Lipnico, po Hotinu, skozi Kamnagorico ter se izliva pod kroparskim mostom v Kropvešco, katera pelje svojo sestro k materi Savi, izročajoč jo ji malo pod Podnartom. V potoku Lipnici je dosti postrvij, kar že Valvasor omenja.

Kamnagoričani vporabljajo vodo prav dobro. Speljana je namreč iz potoka na več krajev, da goni kolesa pri kovačnicah za žeblje (vigencih). Zato je mostov in mostičev samo čez okrajno cesto v vasi nič manj kot sedem, trije zidani in obokani, drugi leseni.

Kamnagorico stražita Vreče in Drnovec. Vreče je nizko, skalnato gričevje, ki je proti vasi precej golo, bolj poraščeno proti Savi. Razprostira se od Dolca<sup>1)</sup> do Rudnih jam,<sup>2)</sup> oziroma Zgornje Dobráve, kake pol ure na daljavo, mej Savo in kamnagoriško dolino.

Na desnem bregu potoka Lipnice se vzdiguje Drnovec, ki polagoma prehaja v Jelovco. Poraščen je ponajveč z bukovjem, dočim prevladuje v Jelovci iglato drevje. Vleče se od Kamnagorice do potoka „Vrčice“,

<sup>1)</sup> Dolec je prijazna dolinica na severni strani Kamnagorice. Prav prijeten in lep razgled se nudi potniku na „fortali“, ki se stoji iz treh, jedna na drugo položenih skalnatih plošč.

<sup>2)</sup> Rudne jame, ostanek rudokopa; ohranjen je samo še jeden rov.

kake pol ure, vspešno z Vrečami. Oba, Vreče in Drnovec, sta bogata na bobovcu, katerega so nekdanj kopalni ter topili v plavžu.

Na Jelovci raste ravš (Rhododendron), ki se dobiva že ob izvira Lipnice nad Rožmanom. Tudi divjačine ne manjka. Dobivajo se zajci, celo beli, lisice, srne; semtertje se pokaže tudi divji kozel. Medvede in volkove so pregnali. Izmej ptičev so pogostni jerebi, tudi divji petelini, redkeji je ruševac.

Omeniti je še „kisli studenec“ v Vrčici, katerega je opisal in analizoval profesor Knapitsch v izvestju realke 1893. Neugodna sodba njegova se ne ujema z mnenjem tukajšnjega ljudstva, ki precej ceni studenčvo zdravilno moč. Hodijo ga pit k izvira in pravijo, da jim pomaga. Vedó pa, da zgubi svojo moč, če stoji kaj časa v posodi.

## II.

## Statistični opis fare.

Ljudij šteje sedaj fara okoli 1000,<sup>1)</sup> in sicer jih je v domači vasi do 700, na Zgornji in Spodnji Lipnici kakih 260 in na Mošnji okoli 30. V Kamnagorici se število prebivalcev zmanjšuje, ker mnogi iščejo, radi propada žebljarske obrti, dela po raznih tovarnah in se izseljujejo. Največ jih gre na Savo v tovarno kranjske industrijske družbe. Dasi ondi stanujejo in imajo zaslužek, prihajajo ob nedeljah in praznikih v Kamnagorico obiskovat svoje sorodnike in rojake — znamenje, kako približljana jim je rojstna vas.

O ljudskem gibanju v fari nam poročajo rojstne, mrliške in poročne knjige, ki se hranijo v farnem arhivu. Rojstna in krstna knjiga se začne 30. decembra 1751, mrliška z januarjem 1752. Pred temi leti je bila Kamnagorica podružnica radoliške fare; zato so nosili h krstu in pogrebu<sup>2)</sup> v Radolico. Hodili so navadno skozi Bukovlje.<sup>3)</sup> Poročna in oklicna knjiga se začne 1787. To kaže, da se je oklicevalo in poročalo v Radolici tudi še po ustanovitvi fare kamnagoriške do imenovanega leta (1787), ko so bile Zgornja in Spodnja Lipnica ter Mošnje pridružene Kamnagorici.

<sup>1)</sup> Sedanjí župnik je preštel prebivalce fare po družinski knjigi in jih je naštel 953 brez poslov.

<sup>2)</sup> Ljudje pripovedujejo, da je „na Štengah“ — skala nad Mošnjo — ubil mrtev živega. Gredé čez skalo zdrsné krsta nosačem, ter ubije jednega.

<sup>3)</sup> V Bukovlju je studenec z imenom „žegnan studenec“. Ljudje pripovedujejo, da je nekemu radoliškemu kapelanu padla borza s presv. rešnjim Telesom v studenec, ko je šel previdet bolnika v Kamnagorico.

(Nadaljevanje prih.)

**Vsebinska.** *Libellus poematum sive carminum variorum generum Thomae Chrönn Labacensis Carniolani LL. Candidati. (Konec.) — Zgodovina kamnagoriške fare.*